



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **S. Vincentii Lerinensis Galli, Libellus Verè Avreus Adversus profanas Hæreseōn novationes**

**Vincentius <Lerinensis>**

**Coloniae, 1652**

Caput VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55177)

## CAPUT VIII.

¶ Sed in hac divina quadam confessionum virtute, illud id etiam est nobis vel maximè considerandum, quod tunc apud ipsam Ecclesiae vetustatem non parvis alicujus: Sed universitatis ab iis est suscepta defensio, neque enim fas erat, ut tanti ac tales viri unius, ac duorum hominum errabundas, sibi que ipsis contrarias suspiciones tam magno molimine adfererent: aut verò pro alicujus provinciolarum temeraria quadam conspiratione certarent: sed omnium sanctae Ecclesiae sacerdotum Apostolicae & Catholicae veritatis decreta & definita sectantes, maluerunt semetipsos, quam vestrae universitatis fidem prodere. Unde & ad tantam gloriam pervenire meruerunt, ut non solum confessores, verum etiam confessorum principes jure meritoque habeantur. Magnam hoc igitur eorundem beatorum, exemplum, planeque Catholicis

cis indefessa meditatione recolendum: qui in modum septemplantium candelabri, septena sancti Spiritus luce radiantes, clarissimam postterit formulam permenstrarunt, quonam modo deinceps per singulaqueque errorum vaniloquia, sacrata vetustatis auctoritate profana novitatis conteratur audacia.

*Quo quisque religiosior est, promptius novellis ad inventionibus contrahit, unde magno studio Stephanus Papa resistit iterationi baptismatis.*

## CAPUT IX.

**N**eq; hoc sanè novum: siquidem mos iste semper in Ecclesia viguit, ut quo quisque floretet religiosior, eo promptius novellis ad inventionibus contraheret. Exemplis talibus plena sunt omnia. Sed ne longum fiat, unum aliquod & hoc ab Apostolica potissimum sede sumemus: ut omnes luce clarius videant, beatorum Apostolorum beatorum